

ingrata: ille mihi gratiam ex gratia: ego illi gratiam pro gratia: ille mea liberationi, ego illius honori: ille saluti mea, ego illius voluntati.

35. Tertiò. In carne quidem taurorum cibus fortior, abulium vsus delectabilior est. Ab hoc magifico regali conuiuio discat Ecclesiasticus Doctòr animarum utilitatis audius, vt in coniuiali mensa sua doctriam, proferat, Taurorum cibus fortior, & altitium vsus delectabilior. Non omnibus eandem escam proponat, sed diuersam pro fortibus, ac debilibus. Cibus robustorum dogmata sunt alta, quæ magnum ingenij accumen in auditore desiderant; cibus delicatior debilius est, quia à simplici plebe mandari potest, pro capacitate vniuscuiusque partum exhibeat bonus prædicator. Discat, discat à Doctore Gentium, qui dicebat: Factus sum infirmus infirmus, vt infirmos lucrificarem: omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos, 1. Corinth. 9. n. 22.

Prædicator Evangelicus accomodat se auditoribus.

1. Cor. 9.

36. De factis Doctòribus ait Daniel. 12. n. 3. Fulgebunt qui ad iustitiam erudierunt multos, quasi Stelle in perpetuas æternitates. Cur magistri cum Stellis comparantur? Inter stellas quædam dicitur taurus, quædam Virgo, alia est enim mercatorum planeta, alia agricolarum; non vna stella omnibus, sed pro diuersitate humanarum rerum, vana est auctoritatis potestas, ita præceptores variis induantur formis; Cum obduratis, ac inobedientibus, tanquam cum Marte armata manu pugnent; cum paruulis, ac debilibus, veluti lenem vrginem se exhibeant cum sapientibus veluti dexteritate Apollinis contendant, cum rudibus, ac agrestibus veluti agricolarum planeta condescendant. D. Anastasius Sinaita lib. 4. Anagogicarum contemplationum post medium, vbi ostendit duodecim stellas esse duodecim Apostolos; sic ait: Quod si vis melius discere aliqua etiam nomina huius, qui erat aliquando Zodiacus circulus Ecclesie, nempe duodecim Stellarum Apostolicarum, considera firmamenti duodecim appellationes. Hæ autem sunt: Virgo, Hesperus, Lara, Gemini, &c. Sed ea quidem fabulose, & falso sunt appellata: in firmamento autem Ecclesie, spiritaliter, & semper lucent.

Anastaf.

37. Benedicens Moyses tribui Ioseph, ait illi: Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis, cornua illius: in ipsis ventilabit Genes esque ad terminos terra, Deuter. 33. num. 17. Hæc prædicabat Moyses in spiritu ad prædicatores Evangelicos. Glossa: Ventilabat prædicatione crucis discernens paleas à frumento. Iam tamen insurgit quæstio ad quid Doctorem depingendum veluti monstrum proponit Moyses? Nam si taurum initio statuit, quamobrem cornua rhinocerotis adiungit? Quis vnquam vidit aliquod animal, quod simul sit taurus rhinoceros? Altè perpende Moyses prudentiam: Formaturus imaginem eximij Doctòris, qualem depingeret? Si seuerum tantum minas euomentem, vt taurum, hoc vitium esset: si remissum, languidum sine vigore. Res reprehensibilis esset. Quo pacto ergo taurum, & rhinocerotem, seu vnicornium, blandum nempe, & vehementem. In tauro refulget bilis, in rhinocero, quod est animal imbelles, lenitas, & mansuetudo, his ergo duobus dotibus appositè delineatur bonus Magister, vt simul habeat admixtam suauitatem cum rigore verborum, habeat cornua tauri in verbis ad pertinaces demandos, teneritudinemque Vnicornij ad simplices reducendos. Tertullian. lib. aduers. Iudæos,

Glossa.

Doctòr habeat rigorem cum lenitate.

Tertullian.

Rhinoceros, ait, & Taurus ob vtramq; dispositionem, alijs ferus, vt Iudex, alijs mansuetus, vt Saluator. Vide verb. Prædicator, in Indice.

Matth. 24. Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelias affectos occiderunt.

Num. 7. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.

VERSIONES.

Syriacus. Reliqui autem comprehenderunt seruos eius, & opprobrio affecerunt, ac trucidarunt.

Imperfect. Indignè tractauerunt, & occiderunt.

Lucas Burg. Contumeliis affecerunt, & occiderunt.

Syriacus n. 7. Quod cum audisset Rex scanduit: missisque exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum concremauit.

Arius. Urbem eorum incendit.

EXPOSITIO III.

RELIQVI verò. Tria seruorum genera hic numerantur, quidam tanquam agricultores ad vineam, seu villam tetenderunt, alij vt pote mercatores ad negotiationem suam. At hi tertij in quoniam erant occupati? In nulla potius re, sed otiosi, nulli labori, aut negotio operam dabant, & ideo tantum nefas perpetrarunt, vt seruos Domini sui crudeliter occiderent. Vacat vitis nostris, & ad omne votum fluente fortuna lasciuat otium. Sapienter dixit Quintilian. Declamat. 3. Tenuerunt seruos eius. De Iudæis est sermo, qui post Spiritus sancti aduentum, factos Apostolos, eorumque discipulos, à quibus vocabantur ad conuiuium Evangelicæ fidei, eos comprehendere, & occiderunt, nimirum vtramque Iacobum, maiorem, & minorem, Stephanum, & alios. Debebant sanè Iudæi magnas gratiarum actiones impendere Apostolis, à quibus inuitabantur ad ecclesie prandium, & tamen illis cum multa sæuitia mortem inferunt, crudelitas, ac inhumanitas nullis beneficiis fleuitur, ac mitescit.

38. Ostentat omnium malorum causam.

Quintil. Crudelitas nullis beneficijs fleuitur.

39.

Rex autem cum audisset. Seruos scilicet suos contumelias affectos, & occisos, voce nempe sanguinis eorum clamante, vt inquit Interlineal. Iratus est. Lenitate sua deposita, & in futurum conuersa. Dicitur, iratus est, vt notat Carthuf. non passionis affectum habendo, sed iustitiam exercendo, seu infligendo vindictam per modum irascentis. Et missis exercitibus suis. Rectè notat D. Thomas. Quod in superiori parabola de vinea, assignauit

Interlineal. Carthuf.

D. Thom.

assignauit contra Iudæos pœnam spirituales; auferetur à vobis regnum Dei, hic ponit pœnam temporalem, qua iniqui maximè affliguntur. Missis exercitibus suis. Hic prædicat Dominus excidium Ierosolymitanæ ciuitatis. D. Gregorius homil. 38. in Euangelia ait: Angelorum agmina sunt exercitus regis nostri. D. Hieronym. Per hos exercitus, ait, Romanos intelligimus, sub duce Vespasiano, & Tito, qui occisos Iudæa populus præuaricatricem incendit ciuitatem. Ac proinde per exercitus tam Angelos, quam Romanos intelligunt, Beda, Aymon, Albertus Magn. S. Thom. Hugo, & alij. Cum Deus irascitur in hominem, omnis creaturarum exercitus in ipsum armatur, ac contra ipsum pugnat.

Gregor. Hieron. Beda. Haymon. Albert. D. Thom. Hugo. Contra peccatorem omnis creatura armatur.

40. Perdidit homicidas illos, qui seruos à rege missos interfecerunt. Et ciuitatem illorum succendit. D. Chrysolom. homil. 70. ait, quod ponitur ciuitas pro ciuibus. Abulens, quod dicitur, ciuitatem illorum succendit. Ad grauissimam pœnam explicandam, vt scirent, quod non solum ipsi in perditionem ituri erant, sed etiam eorum ciuitas, & patria, cuius deaustatio magnam dolorem ingerit. Ciuitatem illorum: Non ciuitates, vt bene notat Origenes, homil. 20. in Matth. Ciuitas hæc, ait, est congregatio malorum. Et hæc congregatio merito dicitur vna ciuitas, non plures, mira est enim impiorum concordia ad malefaciendum, & pessimi facillimè in vnum vniantur.

Chrysol. Abulens. Patria deuastatio malorum.

Origen.

QVÆSTIO VII.

Quare cum irascitur dicitur tantum rex, cum antea appellatus fuisset homo, & rex?

VM Dominus iste suis parat conuiuium dicitur homo rex. Simile est Regnum calorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Postea verò cum irascitur, dicitur tantum. Rex autem cum audisset iratus est. Ad quod rectè respondet D. Paschas. hic lib. 9. in Matth. Introducitur, ait, primum Rex, & homo, quando inuitat ad nuptias, & agit opera clementie. Tunc quidem appositum est nomen hominis; nunc quando ad ultionem festinat, homo bene tacetur, & rex tantum dicitur, & iratus introducitur, quia ira regis nuntius mortis. Cum parat conuiuium dicitur homo rex, qui Deus est humanissimus in hominem ad benefaciendum, at verò cum irascitur dicitur rex tantum. Iratus est autem; ad exprimentandam magnam pœnam, ira enim regis deaustationem, mortem, ac desolationem omnium denuntiat, & importat. Indignatio regis nuntij mortis. Prou. 16. n. 14. Non ait indignatio regis nuntius, vt videbatur dicendum, sed nuntij, vna ita regis multiplex nuntius mortis, & interitus.

Paschas.

Ira regis nuntius mortis.

Prou. 16.

41. Hieron.

Chrysol.

Nomine qui admonetur ad rationem sui officij.

Secundò. Respondet. D. Hieron. hic. Quando inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementie, hominis nomen appositum est: nunc quando ad ultionem venit, homo sletur, & rex tantum dicitur. Cum irascitur ob iniurias, contumelias, ac mortes illatas in suos seruos, dicitur Rex: Cum audisset rex iratus est. Ac si ab ipsa regis nomenclatura, ab ipsoque regali munere esset pronocatus ad pœnam, & mortem inferendam; Nunc quando ad ultionem venit, rex tantum dicitur. Nam vt bene ait D. Chrysolom. homil. 31. ad Rom.

Multarum siquidem rerum monumenta sunt nomina. Illa enim pro magna disciplina inferuntur, mentemque monent, quid à recto, ac bono viro agendum sit.

Cum Abimelech tulisset Saram in domum suam. Venit autem Deus ad Abimelech post somnium nocte, & ait illi, en morieris. Gen. 20. num. 3. Iuxta radicem Hebraicam. Non legitur Deus; sed venit Iudex ad Abimelech. Ad quid hic scribitur Dominus sub nomine Iudicis, cum passim in toto libro Geneseos, & quando apparet Abrahamo Deus nuncupatur? Cur hic dicitur Iudex? Veniebat Deus ad puniendum regem, ad rationemque ab eo exigendam, cur in domum suam tulere mulierem, quæ habebat virum, dicitur ergo tunc iudex pro eruditione nostra, vt ex suo nomine meminerit se esse iudicem, rectèque rationem iudicis adimpleret, ab ipsoque veluti nostro dicendi modo nomine iudicis impleretur, vt iudicis officium adimpleret. Caictan. ibidem. Apte, ait, iudex nominatur Deus, apprensus ad iustitiam exercendam instruendo, & comminando, & præcipiendo.

43.

Gen. 20.

Nomen iudicis ad exercendam iustitiam.

Caictan.

44.

Apo. 6.

Clamant Sancti Martyres ad Deum. Vsq; quo Domine sanctus, & verus, non iudicis, & non venditas sanguinem nostrum? Apocal. 6. n. 10. Cum impiorum punitionem postulant triplici nomine Deum appellant Dominum, sanctum, & verum. Cur his nominibus Deum vocant, & non potius agnum, vt ferè per triginta vices in Apocalypsi nominatur? Cantabant Deo, & Agno. Iterum dignus est Agnus, &c. Intendebant sancti Martyres, vt tyranni supplicio afficerentur. Dicant ergo Domnum. Cui obseruatio iustitiæ incumbit; Sanctum, qui est totius sanctitatis fons, cui omnis iniquitas maximè displicet: Verum, qui est confans, & fidelis in suis verbis, ac promissionibus. Eradicabitur impius de terra viventium. Vt his nominibus Deo obiciant celsitudinem suam maiestatis, ac eminentiam suæ potestatis; vt tanquam Dominus iustitiam adimpleat, vt sanctus iniquitatem dissipet, ac dispergat, & vt verax comminationes contra impios factas exequatur, ac proinde his nominibus Deum prouocare volunt, vt suis querimonijs attendat. Rupertus lib. 4. in Apocal. Pulchre, ait, nimis compellatur nominibus istis, vt per ea faceret veritatem iudicij.

Martyres Deum compellunt ad punitionem.

Rupertus.

QVÆSTIO VIII.

Quare iratus rex missis suis exercitibus perdidit homicidas illos, & eorum ciuitatem succendit?

PRIMA, & communis ratio; Grauissimum crimen commiserunt homicidæ, seruos enim regis, qui missi fuerant ad vocandos eos ad nuptias sine vlla causa occiderunt, ideo iusta pœna factum est, vt homicidæ occiderentur, & insuper eorum ciuitas succenderetur, cum pro tot beneficijs mala rependerent. D. Athanas. homil. de semente. Quid enim, ait, deterius, quam beneficia accipere, & insidiari?

45.

Athanas. Turpe beneficium accipere, & insidiari.

Secundò. Abulens. quæst. 14. homicidas perdidit, & ciuitatem eorum succendit. Sic ait. Vt timeretur, & nemo audeat de cætero nocere ei vel peccare in ipsum. Nam lenitas, ac patientia in iniurijs sufferendis, sæpè impijs est occasio ad gra-

46.

Abulens.

uiores



Interdum lenitas, ac patientia occasio ad iniurias.

Judic. 9.

47. Chrysof.

Matth. 21.

Chrysof.

48.

Magnificus magis sollicitus de beneficiis declaranda, quam de re frugalibus.

49.

niore in iurias inferendas; & ideo ut ait citatus Abulensis; sic interdum solent principes expugnantes aliqua loca, postquam ea violenter sub sua potestate redegerunt, duos capitis cruciatus irrogare, ut alij non audiant pugnare, vel rebellare contra eos. Ciuitas Sichem constituit sibi regem Abimelech, tamen post tres annos contra ipsum surrexit, & rebellauit; Tunc Abimelech ipsam ciuitatem expugnauit, ac captiuauit, illiusque omnes habitatores occidit, urbem destruxit, statim sab in ea dispergeret. Iudic. 9. num. 45. in rebellionis poenam, ut alij de simili delicto cauerent. Vide supra c. 17. n. 94. & c. 45. q. 7. in secunda solutione.

Tertio. Eleganter D. Chrysofomus homil. 70. in Matth. confert historiam presentis parabole cum illa alia, de qua Superiori cap. egi. Paterfamilias plantauit vineam, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius, & agricola apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter; Nouissime autem misit ad illos filium suum, &c. Matth. 21. num. 33. In hac parabola de vinea bis audit Dominus seruos suos missos occisos, & iniuriis affectos, & tamen nondum irascitur, sed adhuc quiescit, & sagittas agricolas reducere ad se mittens ad illos filium suum. In hac vero presenti parabola bis misit rex vocare ad nuptias, & semel tantum audiuit, quod a quibusdam seruis eius interfecti fuissent, reliqui vero tenuerunt seruos eius, & occiderunt. Tunc immediate subditur. Cum audisset rex iratus est, & missis exercitibus perdidit homicidas illos. Cur citius irascitur in secundo, quam in primo? Illic occidebantur serui exaetores fructuum, hic occidebantur, qui prandia exhibita a supremo Rege offerebant. Illic occidebantur qui fructuum vectigalia exquirebant; hic vero percutiebantur qui ad regiam magnificentiam inuitabant, & apud Deum supremum crimen laesae maiestatis censetur illius donis non acquiescere, oblatiue eius munera respicere, inigne enim maiestatis est largitas, qui autem a muneribus oblati abstinere, iniuriose maiestati infestat, illiusque splendori tanquam contrarius se se opponit. D. Chrysofomus citata homil. 70. Nec grauius, ait, hi solum peccauerunt, cum inuitati non venerunt, sed atrociter inuitantes seruos, & vituperauerunt, & necauerunt, quod multo superioribus grauius est. Illi enim fructus repetentes, hi vero in nuptias vocantes trucidauerunt, quo furore qui maior excogitari potest?

Quarto. Adhuc insisto in vtriusque parabola combinatione. Citius Rex irascitur in secundo, quam in primo? Nam in primo requirebatur ab agricolis annuale vectigal fructuum. In secundo vero proponebatur regale conuiuium supremi regis; & plus doluit, ac iniuriosus tulit rex, quod eius magnificentiam nolint experiri, quam quod vectigalia non penderent, & triusque tulit dona sua reiecta, quam vectigalia non redita, quod confirmabitur ex statim dicendis.

Quinto. Cum audit Dominus seruos suos occisos, iratus statim perdidit homicidas illos, & illorum ciuitatem succendit, non sic festinat Domini furor aduersus iniquum villicum, nam audita fama, quod dissipasset bona illius, adhuc moratur, hominem vocat ad iudicium, ac rationem

reddendam. Luc. 16. num. 2. Presentium vero crimina ut audit, non differt, sed illico irascitur, & statim vindictam sumit de illis. Cur ergo, qui adeo lentus fuit in villicum, tam festinus est ad hos miseros puniendos? Villicus contra ipsum Dominum delinquit rem suam dissipando, hi autem crudeles fuerunt in Dei seruos, eos occidentes, ac ignominia afficientes, ita se res habet, Deus grauius vindicat iniuriam suis seruis illatam, quam sibi irrogatam.

Grauius delinquit contra Deum Cain offerens ei sacrificium de vilioribus fructibus terrae, ut vult Oleaster, seu oblati mala, & pigra voluntate, ut docent D. Augustin. & D. Gregor. apud Lippoman. Admonet eum Deus, ut de emendando delicto agat. Nonne si bene egeris, recipies? Gen. 4. n. 7. Postea vero Cain confurrexit contra fratrem suum Abel, eumque interfecit, statim contra ipsum maledictionis poenam intulit Deus. Nunc igitur maledictus eris super terram. Gen. 4. n. 11. seu ut legunt Septuaginta. Maledictus tu a terra. Quare quando peruersus obrulit sacrificia, solum audit admonitionem, nunc vero occiso fratre maledictionem; seuerius castigat diuina bonitas crimen perpetratum contra fratrem, quam offensam in se commissam. D. Chrysof. homil. 26. in Gen. Vides, ait, quomodo Deus quando in ipsum peccatum Cain peccatum non vulgare dimisit. Id est non statim infligens poenam; quando autem in fratrem armauit dexteram, maledictionem tulit.

Ait Paulus de se. Qui prius blasphemus fui, & persecutor. 1. ad Timoth. 1. num. 13. Et tamen quando Christus illi apparuit in via, ait ei. Saule, Saule, quid me persequeris? Act. 9. n. 5. id est ut explicat D. Augustinus in Epistol. Ioan. tract. 10. Persecutorem suum vocauit persecutorem membrorum suorum. Ita communiter sancti Patres, & Doctores. Duo de se fatetur Apostolus, quod fuisset nempe blasphemus, & persecutor, ut blasphemus iniuriis verbis Christum maledixit; ut persecutor Christi discipulos ad carceres, flagella, ac necem requirebar, & tamen Christus solum ei obiicit, quod fuerit persecutor suorum membrorum, non vero quod in illum fuerit blasphemus; duriores erant Christo machinatae persecutiones in suos fideles, quam irrogatae blasphemiae in celsitudinem suae maiestatis.

Matth. 22. n. 8. Tunc ait seruis suis: nuptiae quidem paratae sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni.

Num. 9. Ite ergo ad exitum viarum, & quoscumque inuenieritis, vocate ad nuptias.

Num. 10. Egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenierunt malos, & bonos: & impletae sunt nuptiae discumbentium.

VERSIONES.

Syriacus. Conuiuium paratum est, illique qui inuitati fuerant, non erant digni.

Arius.

Luc. 16.

Plus dolet Dominus de iniuria in seruos, quam in se commissam.

50.

Oleaster. August. Gregor.

Gen. 4.

Septuaginta. Maledictus Cain pro morte fratris, non pro iniqua oblatione. Chrysof.

51. 1. Tim. 1.

Act. 9. August.

Duriores persecutiones, quam blasphemiae.

Arius. Nuptiae expeditae sunt. Arabic. n. 9. Ite ergo ad strata viarum. Gracus apud Cornel. Ite ad discursus, seu digressus viarum. Biblia Regia. Ad compita seu loca, ad diuersas vias.

Vatablus. Quotcumque inuenieritis, vocate ad nuptias.

Syriacus n. 10. Congregauerunt quoscumque repperunt malos, & bonos: & impleta est domus conuiuij discumbentibus.

Vatablus. Congregauerunt omnes quotquot inuenierunt, malos pariter, ac bonos: & impletae sunt nuptiae discumbentibus.

EXPOSITIO IV.

VNC, quando scilicet inuitati Iudaei noluerunt venire: ait seruis suis. Apostolis, Apostolicisque viris. Nuptiae quidem paratae sunt, seu ut habet Syriacus: Conuiuium paratum est. Doctrinae nempe Evangelicae Christi. Qui inuitati erant, non fuerunt digni. Contemnendo enim, & renuendo caelestem mensam se illius indignos reddiderunt. Qui tantis donis oblati ingrati extiterunt, merito suorum beneficiorum indignos iudicat rex, nullus magis supernis deliciis indignus, quam ille, qui ingratum se exhibet.

Ite ergo ad exitum viarum. Id est transite, & perambulate omnes vias ad extremum usque, percurriteque omnes viarum flexus, angulos, ac terminos: hoc est, ut explicat D. Chrysofomus. D. Gregor. Transite ad gentes per diuersas errorum vias vagantes, & quoscumque inuenieritis. Cuiuslibet conditionis, gradus, ac nationis homines inuenieritis. Vocate ad nuptias, ac doctrinam Evangelicam; non enim personarum acceptor est Deus. Rom. 2.

Egressi serui eius. Apostoli in vias, id est in omnem terram, in omnesque populos, ac nationes; iuxta Domini mandatum. Pradicare Evangelium omni creatura: illi autem profecti, pradicauerunt ubique. Marc. 16. effectus pradicacionis, congregauerunt omnes. Adduxerunt ad fidem, ac Evangelicam doctrinam. Omnes: ponitur distributive pro generibus singulorum ex omni genere hominum multos adduxerunt: Malos & bonos. Abulens. quast. 22. viri boni, dicuntur viri honorabiles, quia praesentia sua afferrent aliquem honorem nuptiis. Mali vero dicuntur viri pauperes, & sine honore. Malos, & bonos. Quorum aliqui mali, alij futuri boni, seque toto corde ad Deum conuertentur. Serui autem vocauerunt omnes, quos inuenierunt, ut eis fuerat mandatum, iudicare autem, quinam essent boni, quive mali, ab hoc abstinent serui huiusmodi iudicium Domini suo reseruantes. Impletae sunt nuptiae discumbentium. Ecclesia adimpleta, est numero gentium, ac fidelium. Quod in fine mundi per pradicatores Evangelicos adimplebitur. Qui obtemperauerunt Euangelio, ac venerunt ad nuptias, Sylueira in Euang. Tom. IV.

52.

Syriacus. Ingrati indigni beneficiis.

53.

Chrysof. Gregor.

Rom. 2. 54.

Marc. 16.

Abulens.

Quot bona ex obedientia ad Euangelium.

soporatis taurorum, ac atrilium ferculis faginatur, qui vero noluerunt, mortem, excidium, ac deuastrationem inueniunt.

QUESTIO IX.

Quare non ad curiales, nec ad ingressus, sed ad exitum viarum mandantur serui, ut adducant bonos, & malos?

XI TVS viarum sunt anguli, fines, ac termini viarum, per quos fit transitus, ac digressus ad varia loca. Biblia regia habet: Compita viarum, loca nempe, per quos ad diuersas vias pergitur. Moraliter vero viae. Primò D. Remig. sunt varij errores, ac sectae gentium; Secundò. D. Chrysofom. homil. 41. Via, ait, sunt omnes professiones huius mundi, puta Philosophia, militiae huiusmodi, dicit ergo: ite ad exitum viarum, ut cuiuslibet conditionis homines vocent ad fidem. Mandat vocari, ac inuitari ad fidem homines cuiuscumque conditionis sint, omnibus patet diuina bonitas. Tertio. D. Hilarius. Via, ait, est tempus huius saeculi; inuenitur ergo ire ad exitum, quia omnibus retroacta donantur. Vocentur omnes ad fidem, ut per bona opera illius valeant recuperare, ac redimere tempus praeteritae vitae.

Quarto. D. Gregor. homil. 38. in Euangelia. In scriptura sacra, ait, vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionum: quia illis plerumque facile ad Deum veniunt, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Viae actiones sunt, exitus viarum defectus, & infortunia in actionibus intelliguntur, seu vt clarior dicam, per exitus viarum significantur molestiae, fatigationes, ac afflictiones, quas experitur, qui ad exitum, seu finem viae peruenit, merito ergo iubentur vocari ad exitum viarum, quia ad Deum facile conuertuntur, quos fortunae aduersitas persequitur, premitque afflictio. Vide supra cap. 24. num. 115. & 116. & cap. 27. n. 76. 77. & 78.

Quinto, & maxime ad quaestionem Caiet. Ite ergo ad exitum viarum, ait, loca congrua ad vocandum transeuntes. Cur non mandat hic Rex vocare ad Curiae plateas, vbi est Curialium frequens concursus? vel cur non ad Palatinorum domos? & si ad vias, cur non ad introitum viarum, sed ad exitum? cur non ad ingressum urbis, sed ad illius egressum? prudenter sane: exitus viarum loca congrua d' vocandum, qui a curia exeunt iam negotiationibus, ac sollicitudinibus fatigati habentur, ambitionisque molestiis fracti, consumptis opibus pauperes, spe frustrari existunt; non vocat ergo Rex curiales, nec implicatos in mundanis negotiis, quasi ab his vocationis consensus non sit sperandus, sed eos mandat vocare, qui a curia, ac ciuitate exeunt, qui a mundo, ac curia habent repullam, a repulla enim mundi facile homo mouetur, vt Deum quærat, ad Deumque veniat.

Sextò. Bis serui Dei alios vocauerunt, qui contempserunt venire; qua ergo confidentia sperat Dominus venturos illos, quos modo vocati imperato? Signanter in viarum exitu dixit quaerendos esse quos modo vocari iubet rex, ne amplius restant, vel morentur. Vbi enim dies exitus instat, & ad finem vitae quis peruenit, & sub timore appropinquantis iudicij versatur, facile quisque terrena

55.

Bibl. Regia.

Remig.

Chrysof.

Hilar.

56. Gregor.

Labores, ac aduersitates ducunt ad Christum.

57. Caietan.

Repulsi a curia ad Deum veniunt.

58.

Memoria mortis, ac iudicij ingerit obedientiam ad caelestia.